







1699.

1. Brücknerus, Wilhelmus Hieronymus: De reconventione
2. Hoerckius, Henricus Smetius: De praesentia partis
in negotiis secularibus et ecclesiasticis
3. Friesen, Joh. Bernhardus: De postulante pro alio
sine mandato.
4. Lyncker, Nic. Christoph, de: Call. jur. decanus l. s. et o.:
(ad disputationem solennem Ludovici Bode invitat.)
5. Lyncker, Nic. Christoph, Collegii Juridici decanus l. s. et o.:
(ad lectionem solennem Sebastiani Frederici Koch invitat.)
- 6⁹²⁶ = Lyncker, Nicolaus Christophorus, de: De mandato rei turpis
2 Sept. 1730: 1748
7. Lyncker, Nic. Christophorus, de: De evictionibus
(praesentibus).
8. Lyncker, Nic. Christophorus, de: Commentatio in jus
patrium statuti civitatis Lynceburgis. Pars communis:
de statutis civitatum provincialium.

1699.

9. Schack, Johannes : De simplici quaesela .
10. Schubartus, Georgius : De nominatione ad honores
publicos —
11. Schubartus, Georgius : Meditatio mortis ex primo juris
objecto .
12. Steyrtius, Jo. Severianus : De puella variolis
malignis laborante
13. Steyrtius, Jo. Philippus, Fac. jur. Decanus : Programma
lectioni auspicali Christiani Guilielmi Schmidii
praemissum . actore
14. Wildvogelius, Christianus : De ~~actore~~ invito .
15. Wildvogelius, Christianus, Collegii juris dci Decanus :
De cantibus angelicis ad can. LV. d. Consec. dist. 1.
Programma inaug. ad lectionem cursoriam Augusti Boksii
Talandi invitat .

1699.

16⁹ ~~9~~ ⁹ Wildvogelius, Christianus: De eo, quod justum
est circa uides exustas. 3. Exempl. Rec. 1719, 1738

1747.

16⁶ Spizius, Felix: De procuratoribus canonicis.

17⁹ ⁹ Wildvogelius, Christianus: De translocatione fiduciarum.
missi. 2 Exempl. 1699 - 1737

18 Wildvogel, Christianus: De quotidianis.

19. Wildvogelius, Christianus, Collegii Veterum Decanus:
De dominio rerum paternarum n. 2. J. A. Hered.
quod. et. differ. Programma inaugurale (ad lectionem
cursoriam Johannis Alberti Gulzner invit.)

20. Wildvogelius, Christianus: De consortibus literis.

21. Wildvogelius, Christianus: De documentorum recognitione

22. Wildvogelius, Christianus, Collegii Veterum Decanus:

De characteribus indelible et Cap. 16. n. temp. ordin.

Programma inaug. ad lectionem cursoriam Christiani Schenckii
invitat.)

1699.

23. Wildvogelius, Christianus: De processu concursus
creditorum in foro Saxonico rite formando.
24. Wildvogelius, Christianus: De petitionibus bonorum
fidei delatorum. 2 Sampl. 1699 & 1748.
25. Gemmer, Joh. Caspar: Bacchanalia christianorum

1699, 22

30

M

CHRISTIANI WILDVOGELII,

JCTI, SERENISSIMI DVCIS SAXO-ISENACENSIS

CONSILIARII STATUS INTIMI

ET IN ACADEMIA IENENSI

ANTECESSORIS

COLLEGII JCTORVM h. t. DECANI

DE

CHARACTERE IN-
DELEBILI

Chrn. Schmidt

AD

Cap. XVI. d. temp. ordin.

PROGRAMMA INAUGURALE.

JENÆ,

LITERIS MULLERIANIS.

5.



CHRISTIANI WILDOGELLII

RECTORIS UNIVERSITATIS HALLENSENSIS

CONSILIARIUM STATUS REGNI

ET IN ACADEMIA HALLENSI

PROFESSORIS

COLLEGII IURURUM H. DECANI

CHARACTERE IN-

DELIBILI

Cap. XVI. d. temp. ordinis.

PROGRAMMA INAUGURALE.

1874

LITTELLI WILHELMUS

2





HOs, qui vero æternoq; Numi-
ni perpetuo semet devinxerunt fœ-
dere, à reliquis mundi efferati con-
sortibus extantiori quadam distin-
gui notâ, æquum omninò & rectæ
rationi admodùm est consentane-
um. Cùm enim piorum sodaliti-
um fœdâ maligno-
rum commistione facilimè pollui queat atque corrup-
pi, necessitas quodammodò efflagitare videtur, ut u-
traque pars illustriori ab invicem discernatur signo,
& hac ratione tum noxia evitetur confusio, tum pio-
rum coetui sua conservetur gloria & integritas. Ipse
DEVS in veteris legis suæ tabulis populum judaicum,
quem ex promiscua cæterorum hominum multitudine
sibi elegerat & quasi proprium destinaverat peculium,
manifesto quodam caractere, Circumcisionis videli-
cet, designare haud dubitavit, ut hunc intuentes offi-
cii sui efficacius admonerentur Israelitæ, & detestabi-
le iniquorum consortium cane pejus & angue defuge-
rent. Quin & virorum super cunctis abominationi-
bus, quæ in civitate sese offerebant, gemitus & plora-
tus edentium frontes signari in visione Ezechieli exhi-
bitâ jussit. *Ezech. IX. v. 4.* Consimili signandi modo
Redemptori humani generis in novo fœdere piorum
ac credentium gregem ab infidelibus placuit determi-
nare, dum Sacramentorum ritu non initiari tantùm,
sed & confirmari jussit eos, qui christianam fidem am-
plexi veræ Ecclesiæ membra audire cupiunt. Factum
hinc, ut pontificiæ doctrinæ sectatores, qui operi o-
perato vim salvandi attribuunt, h. e. sacramenta ex
vi actionis sacramentalis absque fide pioque motu
uten-

otentis prodesse contendunt, per Sacramenta ista **CHARACTEREM** quendam imprimi animabus statuunt, qui nullo modo elui possit aut extinguui. Quam in rem cum multa hinc inde in decretis atque canonicis pontificiis occurrant, ex tantâ copiâ delibare quædam fortassis haud erit nullius operæ. Nolumus autem jam de vocabuli istius etymo & vario significato disquirere, nec quid in legibus Romanis illud denotet, exponere, sed de eo saltem, quo in canonico jure accipitur, sensu pauca nunc in medium proferre visum est. Ipsi juris pontificii DD. quando aliquam characteris hujus descriptionem moluntur, diversas contexunt definitiones. Joh. Bertachinus in *Repertor. jur. verb. Character.* eundem describit per ordinem clericalem in anima fixum. Gabr. Biel *IV. dist. 6. qu. 2. art. 1. not. 3.* eum esse dicit signum spirituale à Deo solo animæ impressum in susceptione initerabilis Sacramenti, manens indelebiter de lege communi. Bellarminus in *can. XCVII. caus. 1. dist. 1. num. 7.* ait, characterem esse mentis custodiam, eò quod inseparabiliter custodiat mentem, eandemque præparet & habiliter ad gratiam, per quam ipsa anima custodiatur. Quod si rem ipsam respiciamus, causam hujus characteris efficientem iidem Canonistæ statuunt esse Sacramenta, nec tamen omnia, sed tria tantum ex septenario isto, quem comminiscuntur, numero, Baptismum scilicet, Ordinem & Confirmationem. Et de baptismo quidem extat *cap. III. d. baptism.* in quo Innocentius IV. Pont. **CHARACTEREM CHRISTIANITATIS** suscipi per baptismum ait, eundemque etiam dormientibus & amentibus, imò ad sacramentum suscipiendum coactis imprimi docet, dummodò hi non penitus contradicant, nec

nec obicem voluntatis contrariæ obijiciant. De sacro ordine idem Gregorius IX. Papa asserit, atque eundem ordinato CHARACTEREM tribuere statuit, licet ante tempora statuta fuerit receptus. *cap. XVI. d. temp. ordin.* Quin & ab hæretico & schismatico ordinatis tribui istum characterem, quamvis executio ordinis denegetur, legimus *in can. IV. caus. I. qv. 7.* Atque exinde, quod character iste indelebilis perhibeatur, arguit Glossa, non depositum solum de gradu suo haud perdere characterem animæ impressum, adeoque verum adhuc conficere posse sacramentum, *in cap. II. d. pœn. in bto. & in cap. II. d. cler. excom.* sed & clericum à morte resuscitatum nova quadam ordinatione opus non habere. *Gloss. in can. II. caus. 32. qv. 7.* Nolo jam plura, quæ de ordinis, ut vocant, Sacramento canones tradunt, adducere, sed de eo duntaxat, an Character iste fundamentum aliquod in re habeat? paucis disquirere lubet. Sanè ex Pontificiis ipsis si quis sciscitetur, ad quam rerum classem is referatur, mirè eosdem inter se dissidere deprehendimus. Durandus non nisi ens rationis, sive respectum rationis esse, docet. *IV. dist. 4. qv. 1.* Scotus relationem realem esse censet. *IV. dist. 6. qv. 10.* Richardus reductivè qualitatem vocat, quæ ad triplicem ejus speciem pertineat. *IV. dist. 5. art. 2. qv. 1.* Quanquam Alensis *IV. qv. 19. membr. 1. art. 2.* & Bonaventura *IV. dist. 6. art. 1. qv. 1.* in prima collocent. Atque ob multiplices hæc DD. opiniones Patres in concilio Tridentino valdè dubios fuisse, Petrus Suavis *in histor. conc. trid. lib. 2.* commemorat. Quicquid tamen sit de conceptu isto metaphisico, defendere rem ipsam conatur Eman. Gonzalez Tellez *in cap. III. de baptism.* suffultus autoritate
D. Chry-

D. Chrysoſtomi, qui in *Homil. 2. in Epist. ad Epheſ.* caractere Spiritus S. nos insignitos eſſe monet; nec non verbis D. Auguſtini, *lib. VI. d. bapt. cap. i.* hunc in modum ſcribentis: *Satis eluxit paſtoribus eccleſiæ catholicæ toto orbe diſſuſe, per quos poſtea plenaria concilii auctoritate originalis conſuetudo firmata eſt, & omnem quæ foris errabat, & dominicum CHARACTEREM à fallacibus deſpredatoribus ſuis foris acceperat, venientem ad chriſtiana unitatis ſalutem ab errore corrigi, à captivitate liberari, à vulnere ſanari, CHARACTEREM tamen dominicum in ea cognoſci potius quàm improbari.* Verum enim verò de tali caractere quem Canonix conſingunt, beatis Patribus fuiſſe ſermonem, vix eſt ut probari queat, cum eodem potius de gratiâ divinâ per baptiſmum aliaque ſalutis remedia collatâ locutos eſſe, liquidò appareat. Et licet ordi- natio preſbyterorum illis *χάρηνα. I. Tim. IV. v. 14. II. Tim. I. v. 6. & χάρη. I. Cor. III. v. 10.* (quæ propterea nomine *χῆματος τῆ ἱερέως*, ſive *Schematis Sacerdotis* nomine venit, *L. III. §. fin. C. d. Sum. Trinit.*) conferre dicatur; per hæc tamen verba nil niſi internam facultatem & gratiam divinam indigitari, copioſius docet Dn. Schilter. *Inſtit. Jur. Can. Lib. I. tit. 15. §. 6. in not.* Neque verò ex eo, quod nonnulla Sacramenta iterari nequeant, dogma iſtud pontificium de caractere indelebilis impreſſione adſtruitur, cum in eo manifeſta principii petitio, ut cum Logicorum ſcholâ loquar, contineatur. Nam quod baptiſmus iterari non poſſit, id nequaquam ex caractere quodam ejuſdemque impreſſione, cum is nondum ſolidiori ratione evictus ſit, ſed ex aliis omninò cauſis venit. Non ſolum enim nullum pro iterando baptiſmo extat man-

mandatum aut exemplum, sed nec aliàs necessitas aut ratio solida apparet: Imò sacramenti initiationis conditio ipsa excludit magis iterationem, quam postulat. Hinc & pontificiam de characterè isto doctrinam febricitantis cerebri partum prodigiosum vocare haud veretur Dn. Ziegl. *ad Lancell. Lib. II. tit. 2. §. 4. verb. iterari.* Add. B. Dn. Siruv. *in addit. ad Dessel. Erot. jur. can. Lib. 1. tit. 16. qu. 1.* Caterum in civili vita & societate characterem quendam his, qui virtutes strenuè sectantur, ac indefesso labore eruditionis laudem compararunt, sæpius conferri, experientia quotidiana comprobatur. Quemadmodum enim credentes ab infidelibus nomine, signo & ritu externo discerni videmus; ita doctos ab indoctis, eruditos à rudi plebeculâ honorum characterè ac titulorum splendore separari, atque in sublimiorem locum provehì, variaque insuper iisdem tribui privilegia & virtutum decora, æquissimum ab omni ævo reputatum fuit. Talia eruditionis insignia suo quasi jure exposcit clarissimus Jurium cultor & honorum doctoralium Candidatus dignissimus

DN. CHRISTIANVS SCMID

Vinar. Thuringus,

de cujus parentibus, vita ac studiorum cursu hucusque laudabiliter peracto ut pauca quadam pro more Academiarum recepto edisseram, muneris, quod jam gero, necessitate adstringor. In lucem is editus est in prælustri Ducum Saxonie sede, Vinarie, anno seculi hujus ad finem ferè prolapsi septuagesimo sexto, parentibus optumis, genitore viro amplissimo prudenti.

dentissimoque Dn. **PETRO SCHMIDIO**, civi-
tatis Vinariensis prætoris meritissimo, matre verò
CATHARINA, Dn. **PAVLI PERNERI**, Con-
sulis quondam Martisburgensis nobilissimi filiâ, vero
ac eximio familiæ suæ ornameto. Qui laudatissimi
parentes nihil magis habuerunt pensi, quàm ut charis-
simum hoc thori pignus sapienti educatione magis ac
magis subindè perficerent. Hinc postquam Candi-
dato nostro à teneris statim unguiculis prima pietatis
capita & rudimenta literarum adhibitâ privatorum
præceptorum operâ instillaverant, cum scholæ publi-
cæ Vinariensis gremio crediderunt, ut sub ductu &
magisterio virorum docendi arte præstantissimorum,
Dn. **PHILIPPI GROSGEBAVERI**, Rectoris dex-
terrimi, & Dn. **M. JOHANNIS ERNESTI KRO-
MAYERI**, Conrectoris perquam seduli, in humani-
oribus studiis adolesceret. Jactis hîc fundamentis so-
lidioribus, optimâ præceptorum ac inspectorum pace
anno hujus seculi nonagesimo quarto ad nostram con-
tendit academiam, à patruo suo, Viro quondam illu-
stri, Dn. **JOHANNE PHILIPPO SCHMI-
DIO**, Potentissimi Electoris Brandenburgici ac Se-
renissimi Ducis Saxo-Isenacensis resp. Consiliario in-
timo & Vice-Cancellario, multæ certè experientiæ
& exquisiti judicii Jcto, saluberrimis consiliis moni-
tisque præmunitus. Apud nos verò, fasces academi-
cos feliciter tenente Jcto & Antecessore celeberrimo,
Magnifico Dn. **GVILIELMO HIERONYMO
BRVCKNERO**, in album studiosorum cooptatus,
transiit statim in cognati sui, Viri nobilissimi & excel-
lentissimi Dn. **BENJAMINI DREYSCHERFI**,
Jcti, Consiliarii tunc Saxonici, nunc verò Cancellarii
Stol-

Stollbergensis splendidissimi hospitium, atque in quotidiana ejusdem conversatione non prudentissima solum studiorum rectè tractandorum consilia exaudivit, sed & , cum aditus ad bibliothecam hospitis instructissimam semper pateret, notitiam librorum haud exiguam sibi comparavit. Ac, cum probè nosset, quibus in tenebris oberrent, qui disciplinarum philosophicarum luce destituuntur, excellentissimorum Philosophiæ Professorum palæstras visitabat maturè, atque in primis Dn. GEORGIVM SCHVBARTVM, Jctum excellentissimum, Historiæque ac Eloquentiæ Professore longè celeberrimum *civilis prudentia* præcepta domi illustrantem, & Dn. GEORGIVM ALBERTVM HAMBERGERVM, Mathematicum Professore meritissimum, *Physicorum* arcana & experimenta solidè tradentem, nec non Dn. JOH. PHILIPPVM TREVNERVM SS. Theol. Doctorem atque primæ philosophiæ Professore famigeratissimum, *Logica Metaphysica & Ethica* principiis explanandis intentum industriâ singulari auscultavit. Vbi vis autem scopum illum, ad quem decurrere necessum habebat, sapienter intuens, juridicas, quæ penes nos florebant, scholas impensè celebravit. Audiebat insigni cum profectu Patrualem suam, nobilissimum & consultissimum Virum, Dn. JOHANNEM CHRISTIANVM SCHMIDIVM, J. V. Doctorem, & in Curia provinciali Advocatum jam designatum, *Institutiones Justinianeas* accuratè explanantem; nec non Viri nobilissimi & consultissimi Dn. HENRICI ERNESTI FLOERKEN, J. V. Doctoris & in provinciali

)

ciali


ciali curia Advocati pereximii privatas in *Struvianum*
Juris civilis Syntagma prælectiones diligenter frequen-
tabat. Cæterum nemo est in toto Antecessorum Se-
natu, cujus erga se merita non deprædicet. Celebrat
meritò laudatum suprâ Dn. BRVCKNERVM,
quod librorum notitiam omni fide communicaverit.
Collaudat collegam nostrum conjunctissimum, Dn.
ADRIANVM BEIERVM, Antecessorem, Curia-
que provincialis & Scabinatus Assessorem gravissimum,
utpote cujus privatisimas ad *Institutiones justinianas*
& *Syntagma Struvianum* lectiones multum sibi pro-
fuisse fatetur. Nec immeritò prædicat Magnifici Se-
nioris nostri, JOHANNIS PHILIPPI SLEVOG-
TII, doctissimos ad *Monzambani* libellum discursus:
Præ aliis vero immensis effert laudibus perillustrem
& generosissimum Dn. NICOLAVM CHRI-
STOPHORVM, S.R.I. Equitem, Nobilem Dominum
de LYNCKER, & Dynastam in Fluhrstedt & Köttschau,
Serenissimi Ducis Saxo-Vinariensis Consiliarium Sta-
tus intimum & supremi Consistorii, quod est Vinariæ,
atque Collegiorum Juridicorum Jenensium Præsidem
eminentissimum: Ejus quippe solidissimis ad *Syn-
tagma civilis juris Struvianum* commentationibus ma-
ximum suorum profectuum partem grato ac devoto
animo acceptam refert. Neque verò meam prorsus
adspernatus est operam, sed cum *feudale jus* privatos
intra parietes interpretarer, incredibili mentis alacri-
tate me consecutus est. Cum igitur studii juridici
telam in nostris scholis pertexuisset, *praxi* quoque *for-
rensi* manum admoveere constituit, atque hinc *Neosta-
dium*

dium ad Orlam profectus, nobilissimi ibidem ac con-
sultissimi Viri, Dn. JOHANNIS ERNESTI
ZAPFII, I. V. Licent. & Serenissimi Ducis Saxo Ci-
zensis Consilarii nec non in Arnshaug & Ziegenrück
Præfetti spectatissimi manu ductionem usurpavit. Re-
bus ubique prosperè gestis in nostram reversus Acade-
demiam, Jctorum ordinem, ut summos ipsi in utro-
que jure honores impertiretur, eâ quâ par est, mo-
destiâ rogavit. Admissus ad examina consueta eam-
fanè eruditionem de se prodidit, ut dignum omninò
judicaremus, qui specimina publica edendi facultatem
impetraret. Crastinæ igitur diei horâ antemeridiana
X. prodibit in publicum, atque in Jctorum acroate-
rio ex cathedrâ cursoriam, ut vocant, lectionem ad
L. XXIX. C. d. jur. dot. more à majoribus tradito reci-
tabit. Vos verò, Magnifice Academiae Rector, Pa-
tres ejusdem conscripti, Doctores ac Studiosi nobilis-
simi, ut laudabiles Candidati nostri conatus exopta-
tissimâ præsentia vestra cohonestetis, nomine Colle-
gii nostri officiosè & per humaniter obtestor. P. P.
in Academia Jenensi Dominica XXIII. post Trinit.

A. O. R. M. D. C. X. C. I. X.







Jena, Diss., 16.99

ULB Halle 3
004 761 448




f


TA-70C

nur M. Stock aufg.

WMA







1699, 22

30
My

WILDVOGELII,
 VCIS SAXO-ISENACENSIS
 STATVS INTIMI
 DEMIA IENENSI
 ECESSORIS
 ORVM h. t. DECANI
 DE
 CTERE IN-
 EBILI *Chr. Schmid*
 AD
d. temp. ordin.
 A INAUGVRALE.
 ENÆ,
 MVLLERIANIS.

5.

